

De

duplici aureola est coronata utpote martir et virgo que etiam in choro superni palatii ferēs sertum rose et liliū inter syon iuueculas et iherusalem filias speciale decantās canticum. sequitur agnum quocūq; ierit. Hinc est q; moxē p⁹ suaz visa est a parentibus suis iuxta speciosissimum agnum ambulare cum pulcra virginū multitudine. Et tunc ista verba dixit. Congaudete mecum et congratulamini. quia cū his omnibus lucidas sedes accepi. Tercio venit beata agnes ut oscularetur eam dei filius osculo oris sui. Vñ ipa dicit mel et lac ex eius ore suscepti. Ecce iam peruenerat ad osculū. Hec est illa vera hester utpote per gloriā in populis eleuata quā rex assuerus id est ille beatus deus incessanter osculatur. Et nota q; non solum sancte virgines. sed et omnes electi peruenient ad osculum ihesu christi. Vnde dicitur. Gen. 45. Osculatus est ioseph omnes fratres suos. Per ioseph quem pharao saluatorez mundi appellauit vere ihesus christus intelligitur. Ipse enim verissime est saluator mundi. Fratres autem sui sunt omnes electi quos omnes recipit ad osculum suum. Vnde dicit Dionysius. Benign⁹ ihesus ad se uenientibus preobuiat et precurrit. et totus totos deosculatur. Ecce mirabile et notabile uerbum q; uidelicet totus totos deosculatur electos. Quarta causa q;re beata agnes uenire iussa fuit hoc fuit ut scilicet in conuiuio diuinitatis epularetur. Vnde modo secure cantare potest. Ecce quid concupiui iam uideo quod speraui iam teneo illi sum iuncta in celis quem in terris posita tota deuotione dilexi. Si iuncta est domino ergo fruatur ipso. Vñ qm felix est hic uirgo que cum illis beatis angelis que fruuntur. nec fastidiunt quo frui magni sciunt illa summa diuinitatis suauitate sine tedio perfruuntur. Et nota q; gaudium illud quo electi cum domino perfruuntur est sufficientissimum. Vnde dicit Augustinus. Pleno corde plena mente. plena anima. pleno toto homine adhuc supra modū supererit gaudium. Rogate ergo carissimi dominum. ut sic in presenti uestigia beate agnetis prosequere. ut in futuro cum ipsa super celesti gaudio mereamur. Quod nobis prestare dignetur. x.

In conuersione beati Pauli. Sermo nonus

Quas electionis est mihi iste ut patet. x. Actuum. 9. Merito uas electionis existit qui nomen christi ihesu regibus et gentilibus predicare meruit magne enim dignitatis est dominus noster ihesus christus. Vnde inquit Bernardus. Hec nomina dominus noster ihesus christus dei filius sunt valde deuota et cum magna reuerentia nominanda. Nam ihesus non est sine salute. nec christus sine uindictione gratie. nec domin⁹ sine honore. nec filius dei sine amore